

deponi debet vel potest sine illius assensu. Solus potest discernere de episcoporum depositione.

IV. Omnes alii nequeunt sine ipso. Non mutantur de sede ad aliam sedem episcopi sine illius iudicio. Non fiunt de uno episcopatu duo vel plures, non de duobus vel pluribus unus. Nec novi episcopatus debent institui sine illius iudicio. Omni tempore licet ei nova decreta constituere et vetera temperare.

V. Romana ecclesia singulari privilegio claudit celum et aperit, cuicumque voluerit, teste papa Iulio. Eam omnes etiam laici appellare possunt. Ab ea nullus appellare potest.

VI. Pape iudicium a nullo nisi ab ipso vel aliquo suo successore retractari potest. Quoslibet inobedientes per totum mundum excommunicare potest, quos nullus sine consensu eius reconciliare potest. Ipse ab aliis excommunicatos solvere potest.

VII. Nullus patriarcha nisi a papa sinodice litteris confirmetur authenticus habetur. Solus papa quoslibet episcopos etiam patriarchas deponere potest. Nullo clerico licet accusare suum episcopum, nisi a fide erraverit vel professiones ecclesie distraxerit, sed precipiente papa, qui se ab accusatione episcopi subtraxerit, deponetur.

VIII. Ab archiepiscopis episcopatus quos vult papa demere et pro voluntate disponere, dividere vel diminuere potest.

IX. Solus papa in omnes

§ 5. Quod absentes papa possit deponere.

§ 25. Quod absque synodali conventu possit episcopos deponere et reconciliare.

§ 13. Quod illi liceat de sede ad sedem, necessitate cogente, episcopos transmutare.

§ 7. Quod illi soli liceat pro temporis necessitate novas leges condere, novas plebes congregare, de canonica abbatiam facere, et e contra divitem episcopatum dividere et inopes unire.

§ 20. Quod nullus audeat condemnare apostolicam sedem appellantem.

§ 18. Quod sententia illius a nullo debeat retractari, et ipse omnium solus retractare possit.

§ 24. Quod illius praecepto et licentia subiectis liceat accusare.